QVINTILIANI MANDOSII

ADVOCATI ROMANI

ANNALES CASVS.

A Iure cùm Ciuili tum Canonico ab Hiſtorijs, Conſuetudinibus tam generalibus quàm particularibus, atque cuiuſque loci ſtatutis decretiſue in vnum congeſti.

Omnibus, maximè in foro verſantibus perutilis ac neceſſarius libellus.

CVM PRIVILEGIO.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

Num. 43.
Cax. 8.
Num. 25.

B, 61

VENETIIS,

Apud Franciſcum Zilettum. M D LXXV.

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

AMPLISSIMO
CARD. TRIDENTINO
PRINCIPI OPTIMO.

QVINTILIANVS MANDOSIVS.

ANNVS completur ex quo è Soriario diſceſſi, vbi cum multis, tum duabus rebus incredibiliter ſum delectatus, loci ſuauitate, quo haud ſcio an ullus reperiri poſſit amenior ad caloris moleſtias minuendas; tuiſque ſingularis, & eximiæ humanitatis officijs, quæ nulli hominum generi non largè ipſe impartiris, cuius ego rei non modo teſtis, ſed etiam prædicator eſſe poſſum, & debeo. Verum ne quiſpiam tua erga me prolixæ voluntatis beneficia criminari poſſit: atque vt opuſculum hoc noſtrum eum propugnatorem, ac patronum habeat, quem obtrectatores vererentur, uolui (maxime Princeps) ut auſpicijs tuis in publicum

QVINTILIANI MANDOSII ADVOCATI ROMANI

ANNALES CASVS.

SVMMARIVM.

1 ANNVS à ſolis curſu per 12. ſigna regulatur.
2 Draco ſuam mordens caudam annum ſignificabat.
Paſſeres mares anno diutius viuunt.
Paſſer pro anno.
Palma annum ſignificat.
Vultur apud Aegiptios annum demonſtrabat.
Clauus pro anno.
Pes pro anno.
Annus an ab origine mundi computatus fuerit prout nunc.
Annis nongentis uixerunt nonnulli ex noſtris patribus antiquis.
Annus lunaris.
Menſis lunaris, ſolaris, & uſualis.
Menſes duos addidit Numa Pompilius.
Martius primus menſis anni in ſacra pagina, & per Romulum conſtitutus.
Venus, & Mercurius uno ferè anno ſignorum orbem luſtrant.
3 Natura humana per curſum anni omnia nobis pro uita ſubſtentatione ſuggerit.
4 Sterilitatem vnius anni cum vbertate alterius compenſari.
5 Annalis poſſeſſio præſumitur, probata aliquorum fructuum perceptione.
6 Anni tempus competens dicitur.
7 Tempus indeterminatè prolatum pro anno accipimus.
8 Terminus ideſt annus.
Anno ideſt ad tempus.
Arbitrator ſine diſtinctione temporis aſſumptus infra annum non arbitratur. an præſumatur nolle arbitrari.
Penſio domus tempore non ſpecificato in fine anni ſoluenda.

A Annus